



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

27. Augusti. 6. Cal. Septemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

*Librū
amissū
orando
reperit.*


*Vere-
cundia.*

ratione non prius surrexisti, quàm il-
lum coram te positum aspexeris. In
Levitarum numerum relatus, sub sa-
cra functione toto in DEUM animo
raptus, verecundā morum modestiā
Angelum repræsentabas: ad quorum
confortium assumptus es, antequam
altiori Ordinum gradui per ætatem i-
doneus fores. *Non iuventutii solum, sed
omni ætati imitanda virtus est, verecun-
dia: cuius pulchritudo licet seipsam satis
commendet; ex contrario tamen magis elu-
cescit, quo tamenpe in ipsis etiam bestijs ex-
cramur, ne dum in homine.*

S. BERNARDUS, ser. 86. in Cant.

*Ejus e-
logia.*

*Verecundia est expunctrix malorum,
propugnatrix pudicitie innata, speci-
alis gloria conscientie, & fama custos,
vitæ decus, virtutis sedes, virtutum
prematura laus, & insigne totius ho-
nesti.*



27. Augusti. 6. Cal. Septemb.

Claudet Octava hæc dies solenne
festum, teque, ô summum Cistercii
decus BERNARDE, venerabitur

**PATRIARCHAM
ORDINIS PROPAGATIONE**

Latebat

Latebat in sylvæ tenebris septendecim
 annis sterile Cistercium: cum S. Abbati
 Stephano, non tam dilatandi, quam
 conservandi Ordinis cupido, oracula
 cœlestia promiseret; ingens brevî ori-
 turum sidus, quod sacri Instituti radi-
 os per omnes mundi plagas circum-
 ferret. Et Patrem te fecundissimum
 fore Stephanus agnoscere potuit, cum
 te triginta jam in sæculo filiis auctum
 suscepit. Firmata biennio post apud
 Claramvallem sede, divinum illud al-
 veam adeò numerosa prole identidem
 implevisti; ut licet bina vel terna quot-
 annis apum examina emiseris, aliquot
 tamen alumnorum centurias continu-
 a serie numeraveris in domo paterna.
 Sanè ex hac vita migrantis fatalem le-
 stulum septingenti ambiebant. Sub
 38. annorum regimine circiter octo-
 ginta filias è proprio sinu produxisti:
 quarum viginti tulit Gallia, undecim
 Hispania: septem per Campaniam di-
 stribueras: sex Belgio, quinque Anglis,
 ac totidem Hibernis dedisti: Burgun-
 dia quatuor accepit, eundem nume-
 Italia, & Sabaudia: Sueci, cum Germa-
 nis utrique binas admiserunt: Hungari-
 am denique, & Daniam singulis dona-
 visti. Sed hæ simplici Patris titulo te
 venerabantur: donec progenitæ ex iis

*Ad œ-
tus S.
Bern.
in Ci-
stercitè
revela-
tur S.
Steph.*

*700. fi-
lios in
sola Cla-
ramvalle
reli-
quit.*

*80. mo-
nasteri-
a fun-
davit.*



*Pater
160. mo-
nasteri-
orum
obit.*

neptes proneptésque, ad centesimum sexagesimum excrecentes numerum, magni Patriarchæ honorem tibi asseruere: rarâ, & hætenus inauditâ gloriâ: dum Ordini, cujus auctor non fu-eras, nomen Bernarditarum tribuisti. At contrahenda sunt tandem vela, & tenendus silentii portus. Quis enim sum ego, ut id assequi me posse in te dignè exornando existimem, cui aliquot sæculis summa ingenia se fatentur succubuisse? Relinquam ea, quæ superant vires meas, robustiore stylo armatis: ego te sub una Pietatis imagine mihi propono; hac pia invitatus epigraphæ, quæ plerunque ad effigiem tuam solet apponi:

*Simu-
lacrum
singu-
lare pi-
etatis
est Ber-
nardus*

*Si Pietas proprium vellent sibi sumere vul-
tum,*

*Hanc, Bernarde tuam sumeret effigiem.
Ad hanc, velut post Deum ac Mariam sa-
lutis meæ asylum, humillimâ mentis fidu-
ciâ procumbo: hanc imploro in temptationi
periculis: in afflictionum procellis in voco:
vitæ meæ cursum ita tu dirige, ut moriu-
rus, pro patrocinio tuo gratias tibi æternas*

*In me- referam verbis Seraphici Doctõris Bona-
dit. de venturæ, quæ ad calcem opusculi à se con-
vita scripti apposuit:*

*DEO gratiarum actio, & B. BER-
cap. 37. NARDO, seruo ejus dulci & fideli.*

B. G. E.

XXVII. AUGUSTI. 199

B. GERARDE, Sacrista Claræ-
vallis: qui juveniliū annorum tene-
ritudine per constans animi robur su-
perata, in virum perfectum evasisti.

Obijt

anno

1162.

Cūque tempus propinquaret quo e-
meritus miles transfires ad palmam, &
solita pietate sub noctis silentio puras
ad DEUM manus levares, divinitus
pulsatā mortuali tabulā vicinæ mortis
admonitus, horam ultimam ingenti le-
titia expectavisti. Receptis deinde de-

Mortē

iristare

præno-

scit.

votione summa Ecclesiæ Sacramentis,
junctas manus immobiliter ad iconem
pendentis in Cruce Servatoris extensas
nec post emissam innocentem ani-
mam retraxisti. *Saluberrimè me moneas,
ut multo piorum actuum exercitiis bonas
consuetudines mihi studeam comparare: si
nempe tua tam sancta morte opto defungi.*

B. RAPATO, Comes Abember-
gensis: qui consentiente pia conjuge
Mathilde, monasticam paupertatem
in cœnobio Ebracensi, magno Ordini
nis emolumento, amplexus es: dum e-
xemplum tam nobile plurimos ad se-
quelam induxit; ac te promovente he-
restuus, frater germanus, insigne mo-
nasterium Heilbrunnense (aliàs Fons
Salutis) crexit, & magnificè dotavit.
*Non deest & mihi Fons salutis, de quo in-
numera & immensa in me beneficia pre-*

floruit

circa

annum

1132.

200 ANNI CISTERCIENS.

manant *Quantas huic fonti gratias debeam, considerare me docet*

S. BERNARDUS, ser. 19. de divers.

Christi
in nos
benefi-
cia.

Quid ultra facere debuit Christus, & non fecit? Cujus vel saxum pectus tanta & talia, à tanto & tali collata beneficiorum multitudo non emolliat? Quidquid igitur es, quidquid potes, debes creati, redimenti, vocanti.

(X X X X X X X X X X)

28. Augusti. 5. Cal. Septemb.

Flu-
isse vi-
daur
circa a.
1200.

B. JOANNES Præcursor, in Villario sacre suppellectilis custos, præterea tyronum & Conversorum instructor: quas functiones tam impigra obibas alacritate, ut nullum temporis momentum non utilis aliquis labor distingueret. Arctioris silentii horis cum DEO aut piis libellis loquebaris, aut stylo concipiebas, quæ meditando inveneras. His studiis usque in senium continuatis, cum amor divinus totum pectus tuum inflammasset, dum in die Dominica, quæ à Palmis Servatori olim substratis nomen habet, verba illa cantarentur: *Clarifica me Pater &c.* repente igne exæstuans, dissolvi cupiebas, &